

## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam  
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui  
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum  
dierum Quadragesimæ

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066405**

3. Considerando Quid Passus sit Christus in sua Divinitae?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45427**

*Marc. 15. 23.* autem ad mitiores. *Unde nec vinum myrrha impo-*  
*voluit bibere, & mulieres super se lamentantes re-*  
*Luc. 23. 28.* *wit à collachrymatione.* Et ita impletum est, quā  
*hac de re ab Esaia prædictum fuerat. Circumsp-*  
*Isa. 63. 5.* *& non erat auxiliator, quæsivi & non fuit quid pient-*  
*juvaret, & salvavit mihi brachium meum, & in-*  
*gnatio mea ipsa auxiliata est mihi.*

Ex hisce omnibus Dominicæ Passionis  
cumstantiarum generibus, plurima mortuim  
tutumque, tam documenta, quam exempli  
plurima omnis generis affectuum materia,  
rima propositorum postulationumque varia  
& seges erui potest.

### MODUS III.

**T**ertius Passionem Dominicam meditatus  
modus est. Accepta Christi divinitas  
expendere quid in ea passus est, v. g. 1. Quid  
Personæ & natura sua Divina. 2. Quid in at-  
butis perfectionibusque suis Divinis. Negatur  
est enim esse verus Deus, verisque Dei Filius  
sed potius hoc illi criminis datum: & ob id  
mortem damnatus est: Deinde creditus est De-  
ster quidam, falsique Dei, puta Jovis, aut Her-  
alis filius, quæ opinio non minus fuit injuriosa  
probrosa Christo, quam prior. Dignitate om-  
nium exutus est: & prorsus ita indignè tractatus, quā  
modo nec vermis, nec canis mortuus tracta-  
debuisset: ut verè dixerit de se Dominus.  
*Psal. 21. 7.* autem sum vermis & non homo, multoque ma-  
non Deus: opprobrium hominum, & abjectio pri-  
bis. Veritati & veracitati ejus mendacitas: igno-  
ratio, pseudoprophetia, impostura, & seduc-  
imp

imposita est; & cùm maximè veritatem fatetur, tam blasphemus, ac ob id reus mortis, à toto concilio, & summo Pontifice proclamatus est. Potentia in impotentiam, Vita in mortem, Sanctitas & bonitas in malitiam & impietatem, Misericordia in latrocinium & latronum principatum, Existentia in occisionem, & deletionem nominis ejus de terra ab ini-  
miciis ejus conversa & traducta est. Ex Beato miserrimus, ex Glorioso abjectissimus, ex Do-  
mino omnis creaturæ, mancipiorum manci-  
pium, præda carnificum, pabulum denique vo-  
lucrum rapacium in cruce factus est. Hæc, si-  
miliaque expendens, qui meditatur, advertat  
quantum Dei Filius exinaniverit se in Passione  
propter nos, quàm absconditus fuerit vultus  
Deitatis ejus: quantum debeat annihilare se, &  
exinanire propter amorem honoremque DEI,  
homo, utique nihil & nihilum, & vermis, & vili-  
tas ipsa; quàm inter se longè differant Deus &  
Homo. Deus humilis, & homo superbus, Deus  
contemptus, & homo contemnens, quid par sit,  
retribuere hominem Deo pro omnibus istis, quæ  
Deus subiit propter hominem?

## MODUS IV.

**Q**uartus Passionem Dominicam meditandi modus est. Accepta Christi Animâ, ejus- que singulis potentiis, tam superioris, quam in- ferioris partis, quid in unaquaque earum, passus sit, considerare. Animæ Potentiæ sunt, Intel- lectus, Voluntas, Memoria, Judicium, deinde, Imaginativa seu Phantasia & Cogitativa, Passio- nes sive affectus Animæ sentientis, tum ipsa sen- sitiva